pliceſque apoſtol. ſervitutis curas illam peculiari ſtudio ampleſtamur, per quam Chriſtifideles ſub ſuavi Religionis jugo virtutum Domino famulantes, ſub certis, & provide ordinatis Statutis, atque Conſtitutionibus in ſanctitate, & juſtitia felicioribus in dies proficiant incrementis. Ac proinde iis, quæ propterea ſtatuta, & ordinata ſunt, ut ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſerventur, perpetuaque roboris firmitate ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communimus prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Monachi nonnulla Statuta emendarunt, & in unum volumen compilarunt.

§.1. Sane dilectus filius Abbas Generalis Monachorum Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti, ſuo, & Diffinitorum dictæ Congregationis nominibus Nobis nuper exponi fecit, quod pro felici, & proſpero ejuſdem Congregationis regimine, atque gubernio nonnullæ Conſtitutiones, & Statuta diverſis temporibus facta, noviſſime autem de mandato noſtro recognita, & multis in locis ad Sac. Conc. Trid. Decretorum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum præſcriptum emendata atque aptata, tandem in unum volumen compilata fuerunt, tenoris ſubſequentis videlicet: *Omittitur tenor iſtarum Conſtitutionum, quia ſunt in libro particulari impreſſo Romæ anno* 1629.

Eaque petunt confirmari.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Abbas Generalis nominibus prædictis, præinſertis Conſtitutionibus pro perpetua illarum ſubſiſtentia, & inviolabili obſervantia apoſt. noſtri muniminis firmitatem per Nos adiici ſummopere deſideret; Nobiſque propterea humiliter ſupplicari fecerit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Urbanus.

§.3. Nos inviolabili earumdem Conſtitutionum obſervationi quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, necnon dictum Abbatem Generalem, ac totam Congregationem prædictam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; præinſertas Conſtitutiones, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti quantumlibet ſubſtantiales defectus, ſi qui in illis intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas præſervativas addit.

§.4. Decernentes, eaſdem Conſtitutiones, necnon præſentes Literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore.

Earumdem obſervantiam mandat.

§.5. Necnon in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter ſub pœnis in eiſdem Conſtitutionibus comminatis obſervari, & adimpleri debere; ac quoſcumque ejuſdem Congregationis Superiores, Presbyteros, & perſonas ad obſervationem omnibus juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe.

Ita, & non aliter judicari præcipit.

§.6. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria aufert.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſvis aliis dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis ipſius Congregationis Superioribus, Presbyteris, & perſonis hujuſmodi, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem addit.

§.8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis Generalis, vel alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 8. Julii 1626. An. III.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 8. Julii 1626. Pontificatus noſtri Anno III.

CLXXXIII.

Revocat omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & exemptiones quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum Religioſis in Regnis Hiſpaniarum exiſtentibus, tam per Apoſtolicam Sedem, illiuſque in dd. Regnis Nuntios, quam eorum Superiores conceſſa, ac prohibet, illa de cætero abſque Apoſtolicæ Sedis licentia concedi.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAſtoralis officii Nobis divinitus commiſſi ſolicitudo jugiter Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea ſemper intendamus, per quæ regularium perſonarum, quæ relicto ſeculo divini numinis obſequiis ſeſe manciparunt, quieti, felicique ſtatui, ac regularis diſciplinæ conſervationi con-

ſulitur, ut ipſæ perſonæ juxta regularia ſuorum Ordinum inſtituta tranquillis mentibus gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum.

Ob multas exemptiones, & immunitates Regularibus in Regnis Hiſpaniarum conceſſas, graviſſima ſcandala orta fuerant.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, in Regnis Hiſpaniarum diverſa privilegia, prærogativæ, immunitates, atque exemptiones diverſorum Ordinum Religioſis tam ab ipſorum Superioribus, quam a Sede Apoſt., illiuſque in dictis Regnis Nuntiis pro tempore exiſtentibus, conceſſa reperiantur, per quæ iidem Religioſi ab eorum Prælatorum obedientia eximuntur, ex Monaſteriis, & regularibus domibus ad eorum libitum, ac cum ſociis ſibi bene viſis, & jam deſtinatis, etiam Superiorum ſuorum non petita licentia, egrediuntur, abſque eo quod iidem Superiores tam hujuſmodi egreſſum, quam ſecularium perſonarum quibuſvis horis ad eorum cellas acceſſum, atque ingreſſum impedire poſſint; Præterea de uno ad aliud Monaſterium, ſeu regularem domum etiam ipſis Superioribus invitis tranſeunt, nec Choro, & aliis ſpiritualibus exercitiis, minuſque Refectorio cum aliis interſint. Ex hoc autem graviſſima inconvenientia, & ſcandala in non modicum regularis obſervantiæ, & diſciplinæ detrimentum exoriantur.

Ad quæ amovenda decernitur prout in Rubrica.

§.2. Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, obviare volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, omnia, & ſingula, ac quæcumque hujuſmodi privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum Religioſis, tam per Sedem Apoſtolicam, illiuſque in eiſdem Regnis Nuntios, quam illorum Superiores ex quacumque cauſa, ac ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus quomodolibet conceſſa, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & abrogamus, ac revocata, caſſata, & abrogata, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, nec illa cuiquam ſuffragari, neque de cætero, abſque noſtra, & Sedis Apoſt. licentia concedi poſſe.

Clauſulæ.

§.3. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon (quatenus opus ſit) Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum hujuſmodi, & quibuſvis aliis, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Religioſis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.5. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, ac manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 30. Julii 1626. An. III.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die 30. Julii 1626. Pontificatus noſtri Anno III.

Finis Tomi Quinti Partis Quintæ.

Eyſtetenſis Eccleſia. 237. *a.* Clero indicitur ſolvenda ad annum Decima occaſione motuum bellicorum in Germania. *p.*237. *b.*

F

FAbritius Veroſpius Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditor. 233. *b.*

Farſenſe Monaſterium. 148. *b.* Sixtus V. Caſtra ad illud ſpectantia, quoad temporale dominium, Cameræ Apoſtolicæ univit. *ibid.* Eaque ſub Conſtitutione Pii Quinti *de non alienandis* compræhendi voluit. 149. *a.* Urbanus Gubernatorem eis a ſe electum præficit. *p.*149. *b.*

Ven. Felix a Cantalicio Ordinis Minorum Cappuccinorum BB. numero adſcriptus. 360. *a.*

Ferdinandus II. Imperator. 21. *a.* Inſtat pro Canonizatione Beatæ Thereſiæ Ordinis Carmelitarum Diſcalceatarum. *ibid.* Collegium Minorum Conventualium Pragæ erigi curat, dotatque. 22. *b.*

Ferdinandus Epiſcopus Faraonenſis in Regno Portugalliæ Apoſtolicæ Sedis Nuncius. 71. *a.*

Ferdinandus M. Hetruriæ Dux inſtat pro Beatificatione Ven. Mariæ Magdalenæ de Pazzis. 414. *b.*

Ferdinandus Mantuæ Dux Militiam Chriſtianam erigi curat. 192. *a.*

Ferrarienſibus conceſſum jus vectigal imponendi ſuper pecude in eorum Comitatu hibernante. 88. *a.*

Ven. Servus Dei Franciſcus Borgia Beatorum Albo adſcriptus. 284. *a.* Indultumque conceſſum Presbyteris S. J. Miſſam de eo celebrandi, recitandique Officium. *ibid.* & *p.*357. *a.*

B. Franciſcus Xaverius. 137. *b.* Ab eo res geſtæ in prædicatione Verbi Dei inter Indos. 139. *a.* Miraculis clarus. 139. *b.* 142. *a.* Ejus obitus. 141. *b.* Inter SS. refertur. 144. *a.*

Franciſcus Maria Cardinalis a Monte. 20. *b.* Cauſam Canonizationis B. Thereſiæ in Conſiſtorio refert. *ibid.*

Franciſcus Card. Boncompagnus Proceſſus ſuper ſanctitate V. Franciſci Borgiæ refert. 284. *a.*

Franciſcus Cardinalis Barberinus Sedis Apoſtolicæ Legatus ad pacem inter Chriſtianos Principes conciliandam. 316. *b.* Archivii Urbani Præfectus. 380. *a.*

Franciſcus Cardinalis de la Rochefaucault. 352. *b.* Ei commiſſa cura Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum Regni Franciæ. *ibid.*

Franciſcus a Lotharingia Comes Vademontanus. 360. *a.*

Franciſcus Card. de Surdis. 27. *b.*

Franciſcus Card. Sacratus. 28. *a.*

Franciſcus Ingolus primus Congregationis de Propaganda Fide Secretarius. 28. *a.*

Franciſcus Maria de Ruvere Urbini Dux Arcium illius Ducatus Præfectis mandat, ut Juramentum fidelitatis Rom. Pontifici, & Cameræ Apoſtolicæ præſtent. 233. *a.*

Franciſcus Ubaldus Cauſarum Cameræ Ap. Auditor. 260. *b.*

Fridericus Card. Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis. 172. *a.*

Fridericus Comes Palatinus Rheni Ludovico Lotharingiæ Duci Oppidum de Lizheim vendit. 225. *b.*

G

GAbriel Archiepiſcopus Mithilenarum Sedis Apoſtolicæ delegatus ad Græcos Liburni commorantes. 311. *b.*

Gaſpar Card. Borgia inſtat pro Canonizatione V. Franciſci Borgiæ S. J. 284. *b.*

Gaſpar Diaz Campomanes Procurator Generalis Congregationis Sancti Joannis Dei. *p.*209. *b.*

Genuenſibus conceſſum Indultum celebrandi Feſtum Sancti Bernardi de præcepto. 378. *a.*

S. Gildaſii Monaſterium ad ſtatum ſecularem redactum. 80. *b.* 81. *a.*

Græcorum Collegium. 277. *b.* Conſtitutiones pro eo ab Urbano Papa Octavo editæ. *ibid.* De Rectore, ejuſque officio. *ibid.* Cardinalium Protectorum quæ ſint munia. 278. *a.* De admittendorum ad Collegium qualitatibus. *ibid.* Qualis Alumnorum numerus eſſe debeat. 278. *b.* De Juramento ab eis præſtando. *ibid.* Epiſcopus Græci Ritûs pro ſacris Ordinibus iis conferendis deputatur. 280. *a.*

Gregorius XIII. Græcorum Collegium Romæ fundat. 277. *b.*

Gregorius XV. nonnulla decernit circa exemptos quoad ſacramentorum adminiſtrationem, & ſanctimonialium Monaſteria. 1. *a.* & *ſeqq.* Cæremoniale in electione Romani Pontificis ſervandum præſcribit. 5. *a.* B. Thereſiam Carmelitarum Diſcalceatarum Fundatricem SS. Albo adſcribit. 17. *a.* Feſtum Sanctæ Annæ ubique de præcepto jubet obſervari. 25. *a.* Congregationem Clericorum Regularium Matris Dei inſtituit. 26. *a.* Congregationem de Propaganda Fide Sacris Miſſionibus præficit. 26. *b.* In Hæreticos in Italia, Inſuliſque adjacentibus commorantes animadvertit. 38. *a.* Decimas pro Venetorum Republica contra Turcas bellante nonnullas imponit. 38. *b.* Pii Quarti Conſtitutionem contra Sacerdotes in Confeſſionibus Sacramentalibus pœnitentes ad turpia ſollicitantes innovat. 54. *a.* S. Joachim Feſtum die 20. Martii celebrandum inſtituit. 72. *a.* Oppidum Sancti Miniatis in Civitatem, ejuſque Eccleſiam erigit in Cathedralem. 74. *b.* Licentias quibuſvis prohibitos legendi libros conceſſas revocat. 86. *b.* Sancti Brunonis feſtum ubique terrarum celebrandum indicit. 93. *b.* Pœnas contra Maleficos, & Sortilegos decernit. 97. *b.*

Guillelmus Archiepiſcopus Seleuciæ Legatus Avenionenſis. 79. *b.*

H

HEidelbergæ Univerſitas Studii erecta. 225. *b.*

Helvetorum Collegium Mediolani erectum. *p.*422. *b.* Ejuſque deſignati Protectores. *ibid.*

Henricus Bourbonius Condæi Princeps Collegium Soc. Jeſu Caſtorienſe fundari curat. 80. *b.*

Henricus Card. de Retz. 42. *a.*

Henricus Lotharingiæ Dux Oppidum de Lizheim a Friderico Comite Palatino Rheni emit. 225. *b.* Et hujuſmodi emptionem Pontificia auctoritate petit confirmari. *ibid.*

Hæremitarum S. Auguſtini Ordo. *Vide* Ordines Regulares.

Hermanus Ortembergus Epiſcopus Atrebatenſis. 166. *b.*

Hippolytus Card. Aldobrandinus Ordinis Minimorum Protector. 286. *b.*

Hieronymus Vidonus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Romandiolæ Præſes. 233. *b.*

Hieronymus M. Lambardus Univerſitatis Peruſinæ Lector. 373. *a.*

Hiſpaniarum Epiſcopi Eccleſiaſticos compellere poſſunt ad teſtificandum in cauſis nobilitatis, & puritatis ſanguinis. *p.*198. *a.*

Hoſpitale Sancti Antonii de Sancto Antonio Viennen. 378. *b.* Eximitur ab Ordinariorum juriſdictione iis exceptis, quæ reſpiciunt curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. *ibid.*

Hoſpitale Dementium Romæ erectum. 100. *b.* Quæ ſit Cardinalis Protectoris juriſdictio quoad cauſas ei inſervientium. *ibidem.*

I

VEN. Jacobus de Marchia Beatorum Albo adſcribitur. 241. *b.* Officiumque, & Miſſam de eo a Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci celebrari permittitur. 242. *a.*

Jacobus de Bagnacavallo Ord. Minorum Conventualium Miniſter Generalis. *p.*22. *b.* 356. *a.*

Jacobus Card. Serræ Ferrariæ Legatus. 89. *b.*

B. Ignatius Loyola. 131. *a.* Ejus natales. 132. *b.* A primis annis rei militari ſe addicit. *ibid.* Societatem Jeſu Paulo Papa III. approbante inſtituit. 133. *a.* Ejus virtutes. 133. *b.* Miracula. 134. *b.* Sanctorum Albo ab Urbano VIII. adnumeratur. 135. *b.*

Imagines eorum, qui nondum a Sede Apoſtolica ſunt canonizati, cum radiis proponi cavit Urban. VIII. Conſt. CXVIII. *p.*318. *a.*

S. Joachim feſtus dies 20. Martii celebrandus. 72. *a.*

Joannes Baptiſta Laurus Sac. Collegii Cardd. Secretarius. 389. *a.*

Joannes Franciſcus Aldobrandinus Meldulæ Dux bellica virtute inſignis. 34. *a.*

Joannes Baptiſta Coccinus Sac. Rotæ Decanus. 20. *b.*

Joannes Baptiſta Millinus Aulæ Conſiſtorialis Advocatus. 20. *b.*

Joannes Baptiſta Pamphilius Sac. Rotæ Auditor. 131. *b.*

Joannes Pizzullus Fratres Ord. Minimorum Conventus S. Andreæ de Frattis hæredes inſtituit injuncto onere Collegium pro Calabris erigendi. 150. *b.* 285. *b.*

Joannes Baptiſta Pallottus Cameræ Apoſtolicæ ſpoliorum Collector in Regno Portugalliæ. 418. *a.*

Joannettinus Card. ab Auria Siciliæ Pro Rex. *p.*273. *b.*

Joſephus a Mello Eborenſis Archiepiſcopus. *p.*311. *b.* Statuta nonnulla de probationibus faciendis ab admittendis ad Dignitates Capituli. 312. *a.*

Joſephus Archiepiſcopus Piſanus. 311. *b.*

Joſeph a Matre Congregationis Clericorum Regul. Matris Dei Inſtitutor, primuſque Generalis. 26. *a.*

Iprenſis Eccleſia in Epiſcopatum a Paulo IV. erecta. 402. *b.* 403. *a.* Eique pars Morinenſis Diœceſis addicta. 404. *a.* Dos Epiſcopo aſſignata. 405. *a.* Martiniani, ac Furnenſes habiles declarantur ad Dignitates in Capitulo obtinendas. 408. *a.*

Itamaraca Provincia Eccleſiæ S. Salvatoris reſtituta. 236. *a.*

Itelius Card. de Zolleren. 28. *a.*

Jubilæum Univerſale pro anno 1625. indictum. 210. *a.*

L

S. Lauretana Domus. 382. *b.* Onus Notariorum Legata ei relicta ſignificandi. *p.*383. *a.*

S. Laurentii in Fonte in Regione Montium Eccleſia Aulicorum Confraternitati conceſſa. 270. *b.*

Leodienſis Eccleſia. 410. *a.* Capitulo conceſſum Indultum eligendi ad Præpoſituras, & Abbatias. *ibid.*

Leopoldus Archidux Auſtriæ Eccleſiarum Argentinenſis, & Paſſavienſis Adminiſtrator. 168. *b.* Ei interdictum, quominus Feuda ad eaſdem Eccleſias pertinentia hæreticis, vel de fide catholica male ſentientibus locet. *ibid.*

Libri ſine Ordinariorum licentia non imprimendi. 359. *b.*

Lizheim Oppidum ab Henrico Lotharingiæ Duce emitur. 225. *b.*

Lotharingorum Confraternitas. 62. *a.* Ei conceſſa Eccleſia S. Nicolai in Agone. *ibid.*

Lovanienſe Collegium pro Hibernis erectum. 291. *a.* Ejus Conſtitutiones confirmatæ. 295. *a.*

Ludovicus Tituli Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ Card. Ludoviſius. 21. *a.* Ferrarienſibus

INDEX

NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

Numerus paginam indicat, A *primam columnam*, B *ſecundam deſignant*.

A

ADolphus Comes ab Althan Militiæ Chriſtianæ ſtudet inſtituendæ. 192. *a.*

Ægidius Camart Corrector Gener. Ordinis Minimorum. 218. *a.*

Alexander Card. Montaltus S.R.E. Vice-Cancellarius. 62. *a.*

Alexander Epicopus Campanienſis Sedis Apoſtolicæ apud Helvetios Nuncius. 183. *b.*

Alexander Epiſcopus Lucanus. 420. *b.* Ei commiſſum, ut Miniſtros Reipublicæ Lucenſis abſolvat a cenſuris, in quas incurrerant ob exactum ab Eccleſiaſticis vectigal. *ibid.*

Alexander Farneſius Parmæ, & Placentiæ Dux. 34. *a.*

Alphonſus Manzanedo Sacræ Rotæ Auditor. 20. *b.*

Anconitani. 331. *a.* Iis duas tertias partes pecuniarum ex maleficiis, mulctiſque provenientium conceſſit Paulus Papa Quintus. *ibid.* Quod ab Urbano VIII. confirmatur. 332. *b.*

S. Andreæ de Funariis Eccleſia Confraternitati Sculptorum, & Lapicidarum conceſſa. 98. *b.*

Ven. Andreas de Avellino Beatorum numero adſcriptus. 333. *a.*

Anglorum Collegium Uliſyppone erectum. *p.*60. *a.*

S. Annæ feſtum ubique de præcepto celebrandum indicit Gregorius XIV. 25. *b.*

Antonius Card. de Monte in Umbria de latere Legatus. 371. *b.* Statuta nonnulla edit pro Univerſitate Peruſina. *ibid.*

Antonius Card. Barberinus Statuta pro Archivio Urbano efformat. 380. *a,*

Antonius Card. Saulius Ordinis Heremitarum Protector. 58. *a.*

Antonius Card. Atrebatenſis. 403. *a.*

Antonius Maſcarenhas Commiſſarius Generalis Cruciatæ in Regno Portugalliæ. *p.*418. *a.* Nonnihil attentat contra auctoritatem S. Sedis. 419. *a.*

Archiconfraternitas Charitatis de Urbe. 61. *a.* Ejus Notarii Privilegia quoad cauſas extra Urbem, & gratias, quæ a S. Congregatione Conſultæ conceduntur. 61. *b.*

Archivium Generale Romæ inſtitutum. *p.*379. *b.* Urbanumque appellatum. 380. *a* Ejus Conſervatoris munus, & privilegia. *ibid.*

Armenis Jubilæum conceſſum. 91. *b.*

Aſconæ Seminarium Comenſis Diœceſis Archiepiſcopo Mediolanenſi tamquam Adminiſtratori ſubjectum. 198. *a.*

Atrebatenſis Eccleſia. 166. *b.* Epiſcopo attributa juriſdictio in Capitulum ad formam Conc. Trid. *ibid.* Necnon cognitio cauſarum criminalium Clericorum ſuæ Diœceſis. 188. *a.* *Plura Congr. Conc. Decreta ſuper aliis materiis juriſdictionalibus* Vid. *ibid.*

Avenionenſes Concordiam cum Ludovico Galliarum Rege ineunt ſuper Confiniis, & Flumine Durantiæ. 112. *b.*

Aurelianenſis Eccleſia Pariſienſis ſuffraganea. 68. *a.*

B

BEnedictinis mandatur, ut Miſſali, ac Breviario a Paul. V. approbatis utantur. 413. *b.*

Berlingerius Epiſcopus Ariminenſis. 292. *a.* A Franciſco Urbini Duce Ducatus Gubernator deputatur. *ibid.* Ei committitur ab Urbano VIII. ut eveniente Ducis obitu, Ducatus poſſeſſionem Sedis Ap. nomine capiat. *ibid.* Juramentumque fidelitatis recipiat. 292. *b.*

S. Bernardus. 378. *a.* Ejus feſtum celebrari de præcepto in Dominiis Reipublicæ Genuenſis ſtatuit Urbanus VIII. *ibid.*

Bernardus Card. de Royas Archiepiſcopus Toletanus. 20. *b.*

Bernardus Gazzi Ordinis Carthuſienſis Procurator Generalis. 93. *b.*

S. Bruno Ord. Carthuſianorum fundator. 93. *b.* Ejus feſtum diem ubique terrarum celebrandum indicit Gregorius XV. *ibid.*

C

CÆſar Card. Baronius S. Philippo auctore Annales Eccleſiaſticos ſcribendos ſuſcipit. 126. *a.*

Camera Apoſtolica. 261. *a.* Gratias omnes, exemptioneſque in ejus præjudicium conceſſas revocavit Urbanus VIII. *ibid.*

Camillus Perinus primus Archivii Urbani Conſervator. 381. *a.*

Cancellariæ Apoſt. Regulæ. 152. *b.* & *ſeqq.*

Cardinales. 386. Duos Clericos pro cuſtodiendis pertinentibus ad eos ſcripturis præficiunt. 387. *a.* Archivium inſtitutum ab Urbano VIII. 389. *a.*

Carnotenſis Eccleſia Pariſienſis ſuffraganea. *p.*68. *a.*

Carolus Nivernenſium Dux Militiam Chriſtianam inſtituendam curat. 192. *a.*

Caro-

Carolus Barberinus Arcis Anconitanæ Præfectus. 208. *b.*

Carthuſienſes. *Vide* Ordines Regulares.

Ceræmoniale in electione Rom. Pontificis ſervandum. 5. *a.*

Charitatis Archiconfraternitas Romæ erecta. 61. *a.* Commiſſarii debent ejus Notarium aſſumere. *ibid.* Gratiæ pariter omnes, ſalviconductus &c. ab eodem regiſtrari. 61. *b.*

B. Clara de Monte Falchio. 242. *b.* Fratribus Ord. Heremit. S. Auguſtini conceſſum Indultum de ea Miſſam celebrandi, & recitandi Officium. 243. *a.*

Clericus quamvis ſervitio peculiaris Eccleſiæ non ſit addictus, Fori privilegio gaudet, dummodo incedat in habitu, & tonſura. 185. *a.* Sine Ordinarii ſui Literis dimiſſorialibus promotus ſuſpenſionis pœnam incurrit. 289. *b.*

Collegium Anglicanum Ulyſippone erectum. 60. *a.*

Colonienſis Univerſitas. 228. *a.* Ejus Rector gaudet Indulto præſentandi ad Canonicatus Eccleſiarum illius Civitatis in menſibus Sedi Apoſt. reſervatis. 228. *b.* Lectores vero ſic præſentati poſſunt per ſubſtitutos ſervitio Eccleſiæ ſatisfacere. 231. *a.* Canonicatus autem nonniſi in manibus Papæ poſſunt reſignari. *ibid.*

Conclave pro Rom. Pontificis electione, & quid ſit in eo ſervandum. 5. *a.* & *ſeqq.*

Conclaviſtarum privilegia. 117. *a.*

Confeſſarii pœnitentes in Sacramentalibus Confeſſionibus ad turpia ſollicitantes quibus pœnis ſint coercendi. 54. *a.*

Confraternitas Aulicorum apud Eccleſiam S. Nicolai ad Cæſarinos inſtituta. 269. *a.* Gratiæ ſpirituales, temporaleſq; ei conceſſæ. *ibid.* Transfertur ad Eccleſiam S. Laurentii in Fonte. 270. *b.*

Confraternitas Muſicorum Romæ erecta. 275. *a.* Ejus Statuta confirmantur. *ibid.*

Confraternitas Sculptorum, & Lapicidarum erecta. 98. *a.* Eccleſia S. Andreæ de Funariis ei conceſſa. 98. *b.*

Confraternitas SS. Benedicti, & Scholaſticæ a Paulo V. inſtituta. 92. *b.* In Archiconfraternitatem a Greg. XV. erigitur. 93. *a.*

Congregationis Concilii Decreta de exemptis. 3. *a.* & *ſeq.* Decernit; Vicarios, Cappellanos, cæteroſque Militiæ S. Jo: Hieroſolymitani inſervientes poſſe ab Ordinariis locorum tamquam Ap. Sedis Delegatis viſitari. 77. *b.* Atrebatenſi Epiſcopo juriſdictionem ſuper Capitulum ad formam Concilii Tridentini tribuit. 166. *b.* Decernit Clericos, qui incedunt in habitu, & tonſura gaudere privilegio Fori, licet ſervitio peculiaris Eccleſiæ non ſint addicti. 185. *a.* Decreta pro reformatione Regularium. Vide *p.*251. Decreta etiam ſuper celebratione Miſſarum, earumque oneribus ſatisfaciendis. Vide *p.*335. & *ſeqq.* Decernit Sede Epiſcopali vacante duos Vicarios Capitulares eligi non poſſe. 353. *b.*

Congregatio de Propaganda Fide a Greg. XV. inſtituta. 26. *b.* Quæ ſint ejus facultates. 27. *b.* Annuli Cardinalitii eidem addicuntur. 28. *b.* Ab Officialibus Romanæ Curiæ gratis ei ſcripturæ omnes tradi debent. 78. *b.* Loca Montium Cameralium ad eam ſpectantia redimi nequeunt. 112. *a.*

Congregatio Cœleſtinorum. *Vide* Ordines Regulares.

Congregatio Clericorum Regularium Matris Dei. *Vide* Ordines Regulares.

Congregatio Oratorii Pariſiis erecta. 146. *a.* Ei unitur Monaſterium B. Mariæ de Caſtellariis Ord. Ciſtercienſis. *ibid.* Et communicantur Privilegia Congregationi Romanæ conceſſa. 295. *b.* Eidem unitur Congr. Oratorii Aquenſis. 417. *b.*

S. Conradus Tertii Ord. S. Franciſci. 359. *a.*

Cruciatæ Privilegia in Hiſpaniis ad Eccleſiaſticos extenduntur. 224. *b.* Commiſſario data facultas Literas Apoſtolicas Cruciatæ typis publicandi. 284. *b.*

D

DApiferorum Conclavis Privilegia. 173. *a* & *ſeqq.*

Dementium in Urbe Roma Hoſpitale. 100. *b.* Cardinalis Protectoris, quæ ſint facultates. *ibid.*

Diomedes Vareſius Marchiæ Anconitanæ Gubernator. 234. *a.* Ei data poteſtas quoſcumque cogendi ad Frumentorum exhibendam notam, Bannitoſque abſolvendi, dummodo a patrati delicti loco abſtineant. 309. *a.*

Dionyſius Criſpoltus Univerſitatis Peruſinæ Lector. 372. *b.*

Dominicus Card. Gymnaſius. 388. *b.*

E

EBorenſis Capituli Statuta de probationibus ab admittendis ad Dignitates faciendis ſuper ſanguinis puritate. 312. *a.*

Eccleſiæ vacatio in tranſlationibus Epiſcopi ab ea die computari debet, qua ille ab ejus vinculo in Conſiſtorio abſolvitur. 315. *a.*

Eccleſiarum bona in feudum, vel emphyteuſim dari, vel ultra triennium locari, vel locationes prorogari non poſſunt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, *p.*374. *a.*

S. Eliſabeth Portugalliæ Regina Tertium Ordinem S. Franciſci profeſſa. 413. *a.*

Epiſcopi tum ordinaria, tum Apoſtolicæ Sedis auctoritate in Monaſteriis Monialium clauſuram reſtituere, & conſervare debent. 1. *b.* Eccleſias Regularium, quibus animarum cura non incumbit, nequeunt viſitare. 3. *a.*

Epiſcoporum Cappellæ Pontificiæ Aſſiſtentium privilegia. 48. *b.* & *ſeqq.*

S. Euſtachii de Urbe Eccleſia. 94. *a.* Ei ad
dicitur cura animarum ſuppreſſæ Parochiæ S. Pantaleonis. 94. *b.*

Exempti quibus in rebus Epiſcopis ſint ſubjecti. 1. *a.* & *ſeqq.*

Hhh 2

Eyſte-

ſibus facultatem elargitur vectigal imponendi ſuper pecude in Territorio eorum Comitatus hibernante. 88. *a.*
Lucas Archiepiſcopus Cretenſis. 170. *b.* Ei delegata viſitatio Eccleſiarum totiusRegni Cretæ. *ibid.* Eidem facultates extenduntur ad Inſulas Zacynthi, Cephalenæ, & Corcyræ. 208. *a.*
Ludovicus de Meranvillier Abbas Monaſterii B. Mariæ de Caſtellariis Ordinis Ciſtercienſis. 145. *b.*
Ludovicus Petit Magiſter Gen. Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. 23. *b.*
Lucas Caſtellinas Ord. Prædicatorum Procurator Generalis. 409. *b.*
Lucas Antonius Virili Commiſſarius Pontificius deputatur ad recipiendum fidelitatis Juramentum a Præfectis Arcium Ducatus Urbini. 233. *a.* Facultas eidem conceditur Notarios creandi in Ducatu Urbini. 241. *a.*
Ludovicus Card. de la Vallete. 352. *b.*
Ludovicus Schottus in Univerſitate Peruſina Lector. 372. *b.*
Ludovicus Cencius Univerſitatis Peruſinæ Lector. 372. *b.*

M

MAphæus Card. Barberinus in Rom. Pontificem eligitur. 117. *a.* *Vide* Urbanus Octavus.
Maranham Provinciam Eccleſiæ S. Salvatoris reſtitut Urbanus VIII. 236. *a.*
Marchiæ Anconitanæ Gubernatoris, quæ ſint facultates, ad Annonam curandam. 309. *a.*
Marcus Antonius Cardinalis Gozzadinus. 24. *b.* Cauſam Canonizationis Ven. Petri de Alcantara refert. *ibid.*
B. Margharitam de Cortona Monialis Tertii Ordinis S. Franciſci. 169. *b.* Indultum celebrandi de ea Miſſa, & recitandi Officium in toto Ordine S. Franciſci. *ibid.*
B. Mariam Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam in actis publicis aſſerere cavit Paulus V. 45. *a.* Quam prohibitionem ad actus privatos extenditGregorius XV. 45. *b.*
Ven. Maria Magdalena de Pazzis Beatarum Albo adſcripta. 414. *b.*
S. Mariæ de Ferrara Beneventanæ, ſeu Nullius Diœceſis Monaſterium. 65. *b.*
Maronitarum Collegium in Monte Libano erectum. 350. *b.* Conſtitutiones ab Alumnis ſervandæ. 351. *b.*
Maximilianus Bavariæ Dux. 360. *a.* Inſtat pro Beatificatione Ven. Felicis a Cantalicio. *ibid.*
Mediolani nonnulla erecta Clericorum Seminaria. 172. *a.* Alumnis vetitum regularem emittere profeſſionem. *ibid.*
Meldenſis Eccleſia Pariſienſis ſuffraganea. *p.*68. *a.*
Militia S. Joannis Hieroſolymitani. 77. *b.* Hujus Militiæ Vicarii, Cappellani, cæterique Miniſtri omnes ab Ordinariis locorum tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis poſſunt viſitari. 78. *a.* Commenda Bononienſis a Prioratu Venetiarum eximitur, erigiturque in Prioratum. *p.*177. *a.* Privilegia huic Militiæ a nonnullis conceſſa Pontificibus confirmat Urbanus VIII. 205. *a.* Priori Alemaniæ cautum ne Prioratus ſui bona lædi patiatur. 221. *b.*
Militia Chriſtiana ſub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ab Urbano VIII. erecta. 191. *b.* De Militum Numero, Habitu, Novitiatu, & Votis. 192. *b.* Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjicitur. *p.*193. *a.* Milites eccleſiaſticas Penſiones poſſunt obtinere. *ibid.* Quas Indulgentias lucrentur. 194. *a.* Nemini tamen licet Habitum, & Crucem aſſertæ cujuſdam Militiæ ſub eodem titulo erectæ, & a Sede Apoſtolica non approbatæ deferre. 195. *a.* Auditor Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Judex deputatur probationum, quæ a Militibus fieri debent. 260. *b.* M. Magiſtro conceſſa facultas eos adſcribendi, qui per biennium Sedi Ap. inſervierint. 271. *b.* Militiæ hujus Statuta confirmata. 329. *a.*
Militiæ S. Jacobi de Spatha, de Alcantara, & de Calatrava. 66. *a.* Mercatores ad eas non admittendi. *ibid.*
Militia B. Mariæ Theutonicorum. 179. *a.* Ei communicantur privilegia omnia Militiæ S. Joannis Hieroſolymitani a Summis Pontificibus conceſſa. *ibid.*
S. Miniatis Oppidum in Civitatem, & Eccleſia S. Mariæ, ac S. Geneſii in Cathedralem erigitur a Gregorio XV. 74. *b.* Cæterarum Eccleſiarum Cathedralium jura, & privilegia aſſerta. 75. *b.* Archiepiſcopo Florentino tamquam Metropolitæ ſubiicitur. 76. *a.* Dos Epiſcopo aſſignata. *ibid.*
Miſſarum reductio a ſola Apoſtolica Sede fieri poteſt. 336. *a.* Celebrari autem debent ad rationem attributæ eleemoſynæ. *ibid.* Earum oneri neque per collectas, neque per orationes fit ſatis. *ibid.* Onera perpetua non recipienda ſine Superioris licentia. 336. *b.*
Monaſterium B. Mariæ de Caſtellariis Ord. Ciſtercienſis unitur Congregationi Oratorii Pariſienſi. 145. *b.*
Moniales in Monaſteriis ſibi ſubjectis Epiſcopi auctoritate ordinaria, in exemptis vero auctoritate Sedis Apoſtolicæ clauſuram reſtituere, & conſervare debent. 1. *b.* Monialium conſenſus pro ingreſſo mulierum ſecularium in Monaſteria capitulariter, & per ſuffragia ſecreta debet præſtari. 208. *b.*

N

NIcolaus Zambeccarius Conſiſtorialis Aulæ Advocatus. 21. *a.*
Sancti Nicolai in Agone de Urbe Eccleſia. *p.*62. *a.* Cura animarum ſublata Confraternitati Lotharingorum conceditur. *ibid.*

S. Nicolai ad Cæſarinos Eccleſia. 269. *a.* Ibi inſtituta Aulicorum Confraternitas. *ibidem.*

O

OCtavius Archiepiſcopus Jadrenſis. 171. *b.* Ei commiſſa viſitatio Eccleſiarum totius Dalmatiæ. *ibid.*
Odoardus Farneſius Parmæ, & Placentiæ Dux. 33. *b.* Confalonerius S.R.E. creatur. 34. *a.*
Odoardus Card. Farneſius. 97. *a.*
Odoardus Tibaldeſcus S. Collegii Cardinalium Notarius. 387. *b.*
Ordines Regulares.
Minores Conventuales. Collegium Sancti Bonaventuræ ſub nuncupatione ejuſdem S. Pragæ erigitur a Gregorio Papa Decimoquinto. 22. *b.* Decreta nonnulla pro reformatione Conventuum Regni Poloniæ. 347. *b.* Prædicto Pragenſi Collegio nuncupatio mutata in titulum S. Antonii. 356. *a.*
Ordo Hæremitarum S. Auguſtini. 56. *a.* Provincia Recollectorum Diſcalceatorum Provinciæ Caſtellæ a Superioritate Hæremitarum Calceatorum eximitur. *p.*56. *a.* In Provinciam Hiſpaniæ ſub nuncupatione S. Auguſtini erigitur. 56. *b.* Priori Gen. totius Ordinis ſubiicitur immediatè. 57. *a.* In alias Provincias dividitur ſub Superioritate Vicarii Generalis. 58. *a.* Statuta pro earum gubernio edita. 58. *b.* Fratribus hujus Ordinis Urbanus VIII. indultum concedit Miſſam celebrandi, & recitandi Officium de B. Clara de Monte Falchio. *p.*242. *b.* Magiſtri privilegiis ſuis gaudere non poſſint, niſi ab Examinatoribus Ordinis fuerint examinati. 325. *a.* Vota vero ex gratia in Capitulis Provincialibus conceſſa nulla ſunt. 326. *a.*
Ordo Minorum S. Franciſci. 90. *a.* Præcedentiæ præter Ordinis Conſtitutiones conceſſæ nemini ſuffragantur. *ibidem.* Fratribus, & Monialibus hujus Ordinis Indultum conceditur Miſſam celebrandi, & recitandi Officium de B. Margarita de Cortona. 169. *b.* Fratres Strictioris Obſervantiæ Calepodia geſtare debent. 180. *b.* Et Recollecti Galliæ Capucium rotundum, ac latiorem Mozzettam. *ibid.* Reformati totius Ordinis Generali Miniſtro ſubjecti eſſe debent. *p.*197. *a.* Conſtitutiones nonnullæ ab eis obſervandæ. *ibid.* Provincias Reformatorum Regni Siciliæ dividendas jubet Gregorius XV. 215. *a.* Fratribus hujus Ordinis Miſſam celebrandi, & Officium recitandi de B. Jacobo de Marchia Indultum conceſſit Urbanus VIII. 242. *a.* Cuſtodia Reformatorum Diſcalceatorum Bavariæ in Provinciam erecta. *p.*305. *b.* Fratres in Indiis Occidentalibus a quocumque Epiſcopo extrà tempora, & non ſervatis interſtitiis ad ſacros ordines poſſunt promoveri. 345. *b.* Indultum recitandi Officium de S. Conrado. 359. *a.* Gratiæ omnes Fratribus conceſſæ, & quæ obſervantiæ Regulæ adverſantur, ſunt irritæ. 361. *b.* Alio pedum operimento præter Calepodia, & Sandalia uti nequeunt. *ibid.* Statuta edita in Capitulo Generali Romano anno 1625. *p.*362. *a.* Segobienſia. 365. *b.* Eleemoſynæ Miſſarum intra Clauſtra non recipiendæ. 366. *a.* Parochiæ non ſuſcipiendæ. 366. *b.* Bona immobilia, cenſus, & annua legata abdicanda. 367. *b.* De Tranſitu Patrum de Familia ad Reformatos. 369. *b.*
Ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum. 376. *a.* Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi Officium de S. Raymundo Nonnato. *ibid.*
Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. Privilegia huic Ordini a diverſis Roman. Pontificibus conceſſa confirmat Gregorius XV. 23. *b.* Reformatis hujus Ordinis nonnili ad Carthuſianos patet tranſitus. 240. *b.* Ad ſolum Definitorium ſpectat deputatio Religioſorum, qui Redemptionem facere debent; bona vero hanc ad rem data aliis Religioſis tradi vetitum. 346. *a.*
Ordo Minimorum S. Franciſci de Paula. *p.*150. *b.* Hæreditas Conventui S. Andreæ de Fractis a Joanne Pizzullo relicta ad Conventum, & Collegium ejuſdem Ordinis in regione Montium tranſfertur. 151. *a.* Statuta nonnulla pro Ordinis regimine, & præſertim de Vicarii Generalis electione edita confirmat Urbanus Papa VIII. 218. *a.* Renovat quoque Privilegia huic Ordini ſuis a Prædeceſſoribus conceſſa. 231. *b.* In dicto Conventu in Regione Montium erecto officia tam oneris, quam honoris a ſolis Fratribus Provinciæ Calabriæ debent exerceri. 285. *a.* Fratres Ordinis Legata cum perpetuo onere Miſſarum poſſunt recipere. 296. *b.*
Ordo Cappuccinorum. 329. *b.* Provinciales Epiſcopis obedientiam præſtare non tenentur pro iis Fratribus, qui ad ſacros Ordines promoventur. *ibid.* Indultum de celebranda Miſſa, & recitando Officio de B. Felice a Cantalicio. 360. *a.*
Ordo Fratrum Prædicatorum. 91. *b.* Ex iis nonnulli in Armeniam ad ſacras Miſſiones obeundas mittuntur a Gregorio Decimoquinto. *ibid.* Capitulum Generale quolibet ſexennio celebrandum. *p.*355. *a.* Libros, vel Manuſcripta ex Ordinis hujus Bibliothecis extrahi vetitum ſub pœna excommunicationis. *p.*409. *b.*
Ordo Benedictinorum. 413. *b.* Monachis mandatur, ut Miſſali, & Breviario a Paulo Papa V. approbato utantur. *ibid.*
Congregatio Cœleſtinorum iiſdem fruitur privilegiis, quæ cæteris Monachorum Congregationibus, ac præſertim Caſſinenſi conceſſa ſunt. 243. *a.* Abbas Generalis

neralis functiones omnes facere poteſt, quas cæteri faciunt Abbates, & in ſuæ Congregationis Eccleſiis pontificalia poteſt exercere. 245. *a.* Conſtitutiones pro hujus Congregationis regimine editæ confirmantur. 423. *b.*

Congregatio Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis. 185. *b.* Profeſſi, antequam ad ſacros Ordines promoveantur, ex Domorum redditibus, in quibus a Superiore Gen. collocantur, debent ſuſtentari. 186. *a.*

Congregatio Monachorum Ord. S. Benedicti Helvetiorum ab Ordinariorum juriſdictione exempta. 207. *a.*

Congregatio Canonicorum Regularium Lateranenſium. 53. *a.* Fruitur privilegiis, quæ Congregationi Caſſinenſi a Rom. Pontificibus conceſſa ſunt. 53. *b.*

Congregatio Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris in Lotharingia. 386. *a.* Reformatur. *ibid.*

Congregatio Clericorum Regularium Matris Dei inſtituta a Joſepho a Matre Dei. *p.*26. *a.* Ei conceſſa Eccleſia S. Pantaleonis de Urbe. 94. *a.*

Congregatio S. Hieronymi Jeſuatorum. 55. *a.* Ejus Privilegia quoad curam animarum. *ibid.* Novitiatus ad Ædem SS. Joannis, & Pauli de Urbe erectus. 108. *a.*

Congregatio Joannis Dei. 209. *b.* Nihil ſolvendum eſſe Epiſcopis pro ratione exhibenda bonorum, eleemoſynarum &c. decrevit S. Congregatio Concilii anno 1624. *p.*209. *b.* Privilegia omnia eidem confirmantur. 226. *b.* Presbyteri non poſſunt Miſſarum eleemoſynas accipere, aut ad Ordinis dignitates promoveri. 328. *a.*

Carthuſienſes. Iiſdem fruuntur privilegiis, atque immunitatibus, quæ cæteris Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus conceſſa ſunt. 90. *b.*

Congregatio Clericorum Regularium Theatinorum. 333. *a.* Ejus Presbyteris conceſſum Indultum Miſſam de B. Andrea Avellino celebrandi, & recitandi Officium. 333. *b.* Confirmata per Urbanum VIII. huic Ordini conceſſa a Prædeceſſoribus Pontificibus privilegia. *p.*419. *b.*

P

SAcri Palatii Apoſtolici Magiſter. 359. *b.* Romæ Libri non imprimendi, nec alio deferendi, ut imprimantur, ſine ejus licentia. *ibid.*

S. Pantaleonis Eccleſia de Urbe. 94. *a.* Cura animarum ab ea abdicatur. 94. *b.* Congregationi Clericorum Regularium Matris Dei conceditur. 95. *a.*

Pariſienſis Eccleſia. 67. *a.* In Metropolitanam erigitur. 67. *b.* Carnotenſis, Meldenſis, & Aurelianenſis Eccleſiæ ei in ſuffraganeas aſſignatæ. 68. *a.*

Pariſienſibus conceſſum Jubilæum ann. 1626. *p.*333. *b.*

Pernambucenſis, & Peraiba Provinciæ Eccleſiæ S. Salvatoris reſtituuntur. 236. *b.*

Peruſina Studiorum Univerſitas. 370. *b.* Statuta pro ejus regimine edita. *ibid.* Ab Urbano VIII. confirmantur. 373. *b.*

Petrus Card. Aldobrandinus Congregationis Jeſuatorum Protector. 108. *a.*

Fr. Petrus de Alcantara Ord. Minorum Strictioris Obſervantiæ Diſcalceatorũ. 24. *b.* S. Rituum Congregationis Decretum de eo canonizando. *ibid.* Gregorius XV. indulget, ut Miſſa de eo celebrari, & Officium recitari a Fratribus Ordinis Minorum poſſit. 25. *a.*

Petrus Card. Valerius. 28. *a.*

B. Philippus Nerius, 123. *b.* Ejus ortus, atque infantia. 125. *b.* Ejus virtutes. *ibid.* Miracula. 128. *b.* Inter Sanctos ab Urbano Papa VIII. refertur. 130. *a.*

Philippus III. Hiſpaniarum Rex inſtat pro Canonizatione B. Thereſiæ. 20. *a.* Et Ven. Franciſci Borgiæ S. J. 284. *a.*

Philippus IV. 24. *b.* Subſidium 200, millium aureorum ei conceditur ab Eccleſiaſticis perſolvendum pro defenſione Indiarum Orientalium ab Hæreticorum, Infideliumque invaſionibus. 30. *b.* Aliud quoque ſubſidium centum millium ducatorum ab Eccleſiaſticis Regni Galitiæ perſolvendum pro fabricandis Navibus ad defenſionem orarum maritimarum. *p.*43. *b.* Eidem facultas conceditur Statuta condendi pro Militia S. Jacobi de Calatrava, & Alcantara. 69. *a.* Necnon conferendi Officia Ordinis Militaris del Tuiſon extra Capitulum Generale ejuſdem Militiæ. 86. *a.* Regnum Siciliæ ei a Gregorio XV. conceditur. 190. *a.* Indulgetur etiam ab Urbano VIII. ut Ducatum Mediolanenſem poſſit retinere. *ibid.* A cenſuris abſolvitur ob exactum ab Eccleſiaſticis quoddam in Oppido Matriti vectigal. 204. *b.* Modum præſcribit inquirendi de nobilitate, & puritate ſanguinis. 235. *a.* A cenſuris abſolvitur ob vectigal ab Eccleſiaſticis exactum ultra ſexennium a Paulo V. præſcriptum. 354. *a.* Incolæ Regni Caſtellæ ſubſidium duodecim millionum ei offerunt. 384. *a*;

Pontifex Romanus. 2. Cæremoniæ, Rituſque ejus in electione ſervandi. 5. *a.* Illius Cappellani, quibus fruantur privilegiis. *p.*101. *b.* & *ſeqq.* Et Epiſcopi ejus Cappellæ aſſiſtentes. 48. *b.*

Presbyteri non poſſunt Confeſſiones audire, niſi Parochiale Beneficium habeant, aut ab Epiſcopo approbentur. 1. *a.*

Proſper Fagnanus Congregationis Concilii Secretarius. 4. *b.*

R

SAnctus Raymundus Nonnatus Ord. Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum. 376. *a.* Fratribus hujus Ordinis Indultum conceſſum de eo Miſſam celebrandi, ac recitandi Officium. *ibid.*

Ray-

Raynutius Farneſius Parmæ, & Placentiæ Dux. 34. *a.*

Regulares curam animarum exercentes in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani ſubſunt. 1. *b.* Suis in Eccleſiis prædicare non poſſunt, niſi petita prius ab Epiſcopo benedictione. *ibid.* In aliis vero Eccleſiis prædicare ſi voluerint, ab eodem Epiſcopo licentiam debent obtinere. *ibid.* Novos Conventus, aut Monaſteria nonniſi de Ordinariorum licentia, & ſervata forma Conſtitutionis Clementis Papæ VIII. erigere poſſunt. 247. *a.* Apoſtatæ, & fugitivi ab Ordinariis locorum coercendi. *p.*249. *a.* Incorrigibiles nonniſi prævio Proceſſu eiici debent. *ibid.* Ejecti vero ſubſunt Ordinariis. 249. *b.* Et ab Ordinum exercitio ſuſpenſi remanent. *ibid.* Novitii ad habitum, & regularem profeſſionem non admittendi niſi in Conventibus deſignandis. 250. *b.* Decreta pro Reformatione Regularium a Sacra Congregatione Concilii edita. 251. & *ſeqq.* Quibus conditionibus novi Conventus recipi queant. 337. *b.*

Rhetorum Collegium Mediolani erectum. *p.*422. *b.* Eique dati Protectores. *ibid.*

Robertus Card. Ubaldinus. 28. *a.*

Romandiolæ Præſidi data poteſtas omnia loca viſitandi, cogendique omnes ad frumentorum notam exhibendam. 308. *b.* Bannitoſque abſolvendi, dummodo a patrati criminis abſtineant loco. 309. *b.*

Ruthenorum Metropolita ſingulis quadrienniis Provinciale Concilium celebrare debet. 311. *a.*

S

SAncti Salvatoris in Braſilia Eccleſiæ Provincias de Pernambuco, Peraiba, Itamaraca, & de Maranham ſuſtulerat Paulus Papa V. 236. *a.* Eas eidem Eccleſiæ reſtituit Urbanus. 236. *b.*

Sanctius Cicatellus Præfectus Gen. Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis. 186. *a.*

Scipio Card. Burgheſius. 100. *b.*

Septimius Eugenius Univerſitatis Peruſinæ Lector. 372. *b.*

Siciliæ Regnum. 171. *b.* Paulus V. cavit, quominus boves, aliaque pecora ad arandum apta mactarentur. *ibid.* Quod Decretum poſtea confirmavit Urbanus Octavus. *ibid.* Eccleſiaſticis permiſſum Philippo IV. Regi quoddam præbere ſubſidium. 273. *a.*

Sigiſmundus III. Poloniæ Rex. 246. *a.*

Societas Jeſu. Domus, & Collegia Regnorum Sinarum, & Japoniæ Decimas Parochis ſolvere non tenentur. 69. *b.* Collegium Caſtorienſe ab Henrico Bourbonio Condæi Principe erectum. 80. *b.*

Sortilegi, quibus pœnis ſint coercendi. *p.*97. *b.*

Status Eccleſiaſticus. 47. *a.* A quibus, & quibus in caſibus Frumenta ab eo extrahi poſſint. 47. *a.*

T

BEata Thereſia. 17. *a.* Ejus ortus, ac parentum genus. 17. *b.* In Monaſterio Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo monaſticam profeſſionem emittit. *ibid.* Ejus virtutes. 18. *a.* & *ſeq.* Miraculis clara. 19. *a.* & *b.* Ejus obitus. *ibidem.* Quibus rebus per plures probatis Proceſſus. 20. *b.* Sanctarum Cathalogo adſcribitur. 21. *a.*

Tinienſibus conceſſum Indultum Indulgentias anni Jubilæi ipſa in Tinienſi Inſula lucrandi. 307. *b.*

Tridentina Synodus neminem Confeſſiones audire poſſe decrevit, niſi ab Ordinariis locorum approbetur. 1. *a.* Regulares vero curam animarum exercentes eiſdem Ordinariis ſubjecit. 1. *b.* Regulares autem alienis in Eccleſiis prædicare iis contradicentibus vetavit. *ibid.*

V

VEnayſinus Comitatus. 195. *b.* Ejus Incolis conceſſa a Paulo Quinto privilegia. *ibid.*

Venetis conceſſæ Decimæ pro bello contra Turcas parando. 38. *b.*

Verzini Seminarium in Cariatenſi Diœceſi erectum. 268. *a.*

Vicenſi Epiſcopo adjudicata juriſdictio ſuper Collegiatam Eccleſiam S. Joannis de Abbatiſſis. 184. *a.*

Uladiſlaus Regis Poloniæ filius Enſe, & Pileo ab Urbano Octavo donatus. *p.*298. *a.*

Urbanus Papa Octavus. 117. *a.* Beatum Philippum Nerium inter SS. refert. *p.*123. *b.* Beatum quoque Ignatium Loyolam. 131. *a.* Beatum Franciſcum Xaverium. 137. *b.* Pii Papæ Quinti Conſtitutionem de Locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non alienandis confirmat. *p.*147. *b.* Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas edit. 152. *b.* & *ſeqq.* Orationem Quadraginta Horarum ad divinum auxilium initio Pontificatus implorandum indicit. 165. *a.* Militiam Chriſtianam erigit. 191. *b.* Viſitationem Eccleſiarum omnium, Monaſteriorum, & Locorum Piorum Urbis indicit. 198. *b.* Viſitatoribuſque neceſſarias concedit facultates. 200. *b.* Jubilæum Univerſale in Urbe Roma indicit pro Anno 1625. cum Indulgentiarum omnium ſuſpenſione. 210. *a.* Commiſſarios ad recipiendum Juramentum fidelitatis a Præfectis Arcium Ducatus Urbini delegat. *p.*233. *a.* Inventariumque Armorum, & Tormentorum fieri mandat. 233. *b.* Et ab Officialibus ejuſdem Ducatus Juramentum recipi fidelitatis. 234. *a.*

Lega-

Legato Bononienſi jus ſuper illius Provinciæ arma aſſerit. 239. *b.* Ven. Joannem de Marchia Ordinis Minorum Sancti Franciſci Beatorum Cathalogo adſcribit. 241. *b.* Ordinique Heremitarum Sancti Auguſtini indultum clargitur celebrandi Miſſam, & Officium celebrandi de Beata Clara de Monte Falchio. 242. *b.* Sigiſmundum III. Poloniæ Regem, ejuſque natos contra Regni ejuſdem Eccleſiaſticorum molimina tuetur. 246. *a.* Conſtitutiones edit pro Collegio Græcorum de Urbe. 277. *b.* Franciſcum Borgiam S. J. inter Beatos refert. 284. *a.* Berlingerio Ariminenſi Epiſcopo dat in mandatis, ut eveniente Franciſci Mariæ Urbini Ducis obitu Ducatus poſſeſſionem Sedis Apoſtolicæ nomine capiat, & fidelitatis juramentum recipiat. 292. *a & ſeqq.* Patriarchas, cæteroſque Epiſcopos monet, ut populos ſibi creditos admoneant de effundendis ad Deum precibus ad pacem inter Chriſtianos Principes conciliandam. 316. *a.* Et Franciſcum Card. Barberinum ad eoſdem Principes delegat. 316. *b.* Prohibet, quominus Imagines eorum, qui nondum a Sede Apoſtolica ſunt canonizati, cum radiis proponantur, aut votivæ Tabellæ eorum Sepulchro affigantur. 318. *a.* Ven. Servũ Dei Felicem a Cantalicio inter Beatos refert. 360. *a.* Archivium Generale in Urbe inſtituit. 379. *b.* Montem Salis erigit. 392. *b.*

Urbini Ducatus ad Cameram Apoſtolicam devolutus. 133. *b.* Romandiolæ Præſidi datum in mandatis de ejus poſſeſſione capienda. 348. *b.*

F I N I S.